



Quas hic exhibeo, tabulas genealogicas solum ea conscripsi mente, ut vsui academico cum in docenda discendaque in primis historia imperii, tum ad intelligendam eam iuris publici partem, quae in repraesentanda Germania principe versatur, tum ad suppeditanda exempla ius priuatum principum illustrantia inferuant. Qua mente cur eum in modum, quo iam in publicum prodeunt, constructae sint istae tabulae, aequus, spero, rerum harum aestimator non longe monitus intelliget, facileque errores naeuosque, qui in hoc scribendi genere difficilius, quam in vilo alio, euitantur, condonabit (*). Ego vero si qualitercumque proposito satisfecero, oleum & operam non plane perdidisse abunde contentus, studiosae iuuentuti reique publicae quam diu Deus vitam viresque largietur, porro ut qualemcumque utilitatem praestem, nil faciam reliqui. Scribebam. Goettingae d. 16. April. 1768.

(*) Sic e. g. Tab. VI. num. 44. loco n. 1599. legendum: n. 1559.

Tab. IX. num. 41-44. non sunt progenies Ludouici III. num. 35., sed Hermannii num. 36.

Tab. X. num. 107. loco: Ioh. Adam, legendum: Ioh. Adolph.

CON-